



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Quando deforme aliquid co[n]spicimus. Exercit. 7

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

MANVALE.

quicquid ipse non est, ipse solus, & ea
quæ ordinantur ad ipsum, cordis no-
stri dominium possideant.

Oblatio.

Offeramus Domino nos ipsos, ad
iufferendam amore illius, æquo &
libenti animo, omnem subtractionem
earum rerum quæ oculis nostris ali-
quam voluptatem adferre possint, vt
de sola illius diuina Maiestate gaude-
re, eaque perfrui valeamus.

*Quando deforme aliquid conspi-
cimus.*

Exercium 7.

*Prover. 11. Abominabile est Domino cor pra-
uum.*

Prover. 15. Abominatio est Domino via impij.

*Psal. 118. Iniquitatem odio habui & abomi-
natus sum.*

*Ose. 9. Facti sunt abominabiles, sicut ea quæ
dilexerunt.*

Consideratio.

Considerabimus. Diuinæ volunta-
tis esse, vt in hoc mundo pulchris
deformia iungantur, vt ex collatione
vtrorumque ad inuicem patefieret dif-
feren-

EXPLICATIO. SPIRIT.

ferentia quæ est inter vitium & virtutem : vt hanc quidem amplexaremur, illud vero toto corde execraremur.

Gratiarum actio.

GRatias agemus Domino, qui vt peccatorum nostrorum turpitudinem auferret, vsque adeo in passione sua deformari voluit, vt non esset ei species neque decor, cum tamen esset speciosus forma præ filiis hominum.

Confusio.

PVdore afficiemur, deformitatem illam attendentes, qua peccatum animam nostram contaminauit: quod illam teterrimo Dæmoni similem constituit.

Petitio.

ROgabimus Dominum, vt animam nostram ab omni turpitudine & foeditate peccatorum liberet: atque vt quemadmodum exterior deformitas
nobis

MANVALE.

nobis in horrore est, ita nobis infundat verum horrorem & detestationem interioris deformitatis, quam in nobis efficit peccatum.

Oblatio.

Offeremus Domino in comparabilem decorem sanctissime anime Christi Redemptoris nostri, vt eius pulchritudo animarū nostrarum deformitatem operiat.

Quando prosperitas aliqua nobis obtigerit,

Exercitium 8.

Psalm. 5. Omnia quaecunque faciet iustus prosperabuntur.

Psalm 36. Noli amulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitias.

Prou. 1. Prosperitas stultorum perdet illos.

Consideratio.

Considerabimus. Quam perexigua fiducia a nobis sit collocanda in prosperitatibus huius vite, in qua frequenter iuxta dictum sapientis, gaudium conuertitur in dolorem,

Gratia